

EPISTOLA

C.V. exiguum & puerile scriptum de tristi & lacera Ecclesie facie, sub historia Succini proponere, non quod dubitem, quin C.V. & recte docendo, & fideliter oratio sue vocationi satisfaciat: sed ut multos alios ad vota reuocare, qui suas preces nobiscum pro salute Ecclesie & reipub. coniungerent, quibus maxime impendunt calamitates ab incursionibus Turcarum & aliorum hostium. Oremus itaque filium Dei, Dominum nostrum Iesum Christum, redemptorem generis humani, ut suo spiritu sancto regat & gubernet mentes dominantium, ut concordie pace sancita arment sese contra Turcam & hostes Christi, in hoc amplissimo conuentu, & ne amplius mutuis vulneribus ac intestinis bellis sese proscindant. Vestra autem C. ut hanc qualemcumque orationem huic tempori conuenientem, boni consulat, etiam atque etiam rogo. Dat. Francofordie ad Menum. 4. Martij. Anno 1558.

V. R. D.

Addictissimus
Seuerinus Gæbel.